

Titum cap. 3. num. 1. Admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse. Et hoc etiam probatur ex Ieremia 38. num. 17. qui persuadebat populo obedire Regi Chaldaeorum, & ex 2. Paralypom. cap. ultimo num. 17. ubi reprehenditur Sedechias Rex Judae, quod fidem detam Nabuchodonosori fregit. Tandem Christus Dominus omnium Magister citato cap. 22. Matth. num. 21. ait: Quae sunt Caesaris Caesaris, quae sunt Dei Dei: ubi multa de hac re, ac de tributis solvendis dixi.

179. Tributa debent imponi à Regibus, quae sunt necessaria, non vero cum excessu, ac nimietate: tunc enim sunt valde onerosa, atque odiosa. Potentissimus Nabuchodonosor representabatur in valde procerâ, & magnifica arbore, cuius culmen pertingebat Caelum, de qua agens Daniel cap. 4. num. 9. sic inquit: Folia ejus pulcherrima, & fructus nimius. Pulchritudo solum erat in foliis, in fructibus nimietas; pulchritudo grata, & delectabilis, nimietas vero odiosa, atque invisa: Arbores frequentet nobilitantur ex fructibus, sic dicitur Genes. 3. nu. 6. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad comedendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.

Cor ergo Danielis arboris fructus nec pulcher, nec gratus, neque aspectu delectabilis dicitur, sed tantum de foliis, quod essent pulcherrima? Folia denotabant magnificentiam, & amplitudinem imperij Nabuchodonosoris, quae erat valde elegans, & decora, fructus vero representabant tributa, & exactiones, quos fructus Principes à suis subditis volunt exigere, ac recipere, & si minime sunt valde odiosi, atque ingrati sunt, Theodoretus ibi sic ait: Folia vocat decus illud, quod conspiciebatur in veste, & throno, & regis scutatis hastis satellitibus, ac stipularibus corporis: fructuum vero tributum, quod undique ei afferebatur, idcirco multum fructum, non autem pulchrum dixit; neque enim justum erat, ubi tributum est multum nihil est pulchrum, sed omne invisum, & odiosum.

Affor. 5. num. 39. Si vero ex Deo est non poteris dissolvere illud, ne forte Deo repugnare inveniamini. Conserunt autem illi, Num. 40. Et convocantes Apostolos, caesis denunciaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos. Num. 41. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilii quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliâ pati. Num. 42. Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & evangelizantes Christum Iesum.

180. Vers. 39. I vera ex Deo est non poteris dissolvere illud. Syriacus: Non est facultas in manibus vestris, ut faciat illud compescere, vel ut habet alia lectio cessare. Valde prudenter loquitur Gamaliel, non absolute affirmat quod hoc sit ex Deo, ut recte poterat dicere, ut constabat ex miraculis, signis, ac virtutibus Apostolorum, se loquitur conditionate: si vero ex Deo est, ut suum affectum in Apostolos non manifestaret, eo quod sic ejus consilium tamquam ab animo sincero, & integro esset magis acceptabile apud alios iudices furore commotos in Apostolos.

181. Ne forte Deo repugnare inveniamini. Syriacus.

182. Ne reperiamini contra Deum insurgere. Aethiopic. Syriac. Ne videamini, sicut ille, qui cum Deo pugnat. Valde temerarium est Divinae voluntari velle resistere: Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificam eam. Psalm. 126. Conserunt autem illi. Syriacus: Acquieverunt ei. D. Chrysof. Persuasi sunt ab eo. Placuit Consilium Gamalielis, ut non interficerent Apostolos, ut paulo ante vers. 33. constituerant, tamen eorum indignatio non omnino quievit. Unde sequitur.

183. Vers. 40. Et convocantes Apostolos: nam ex Consilio Gamalielis Apostoli iussi sunt foras egredi. Supra vers. 34. Casis denunciaverunt. Syriacus: Flagellaverunt eos. Arias Cadentes: Verbum autem graecum significat verberare excoriare, ne eorum furor in vanum fuisset, & sine causa eos flagellarunt, sicque adimpletum est id, quod Christus Dominus eis praedixit: In Synagogis suis flagellabunt Matthaei 10. num. 17. Denunciaverunt. Syriacus: Praecepimus. Principes Synagogae flagellis caederunt Apostolos, ut eos detererent à praedicando nomine Jesu; at ipsi flagellis maxime corroborantur ad praedicandum, cum viderent verba Christi exactissime adimpleta in eis, & quod omnia, quae illi patiebantur à Christo fuisse praedicta. Hujus flagellantis Authores fuerunt Caiphas, Annas, Alexander, non vero Gamaliel S. Clemens lib. 5. const. cap. 2. D. Clem. 183.

184. Vers. 41. Illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilii, non ibant tristes, nec lugentes, sed gaudentes ad majorem Dei gloriam, & suorum inimicorum confusionem, quia eorum flagella in eis non erant causa tristitia, sed gaudij D. Chrysof. Tam fortis, invictaque est virtus, & dum patitur, affligentes vincit, & mox est quippe fortitudinis excellentissimus gradus, non tantum patienter, & libenter, sed lætante quoque adversas res ferre, de quo latius quaestione sequenti.

185. Quia digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliâ pati; Syriacus Ignominiam pati. Arabicus: Qui contempti fuissent. Aethiopicus: Quia portio eorum contumeliâ erat, ut despectus essent propter nomen Iesu: est enim hoc magnum Dei donum. Vers. 42. Omni autem die non cessabant in templo. Mira, & mirabilis est Sanctorum Apostolorum fortitudo, ac constantia; quia nec minacibus verbis, nec duris flagellis tenentur, ut desistant praedicare Jesum Christum: Verbum enim Dei non est alligatum, ut ait Apostolus: mirabilis est etiam stupor Magistratum, qui non possunt cohibere Apostolos à sua praedicatione, sed, ut ait Esther: Quis poterit, Domine, resistere voluntati tuae, si tu decreveris salvare nos cap. 6. num. 13.

186. In templo hoc est porticu Salomonis. Aethiopicus: Sedebant in templo, hoc est cum perseverantia, & animo quieto, & placido, hoc denotat verbum sedere. Circa domos, Graecus De domo in domum. Divus Chrysostomus, Pagninus: In domibus singulis. Vatablus, Tigurina: Domesticatum. Quod faciebant Apostoli tanquam boni, & praeclarissimi Praelati, docebant publice, & privatim: Praedicabant in templo, quando opportune erat conveniens, & quando occasio non dabatur docendi in templo, hoc praestabant per singulas domos, ut illa sancta quatuor animalia, quae non habebant requiem die, ac nocte in laude Dei Apocalypsis 4. numero decimo-octavo.

QUAESTIO XXIII.

Quare dicit, apostoli flagellati in Concilio non ibant tristes, ac lugentes, sed gaudentes.

187. Ait Textus: quod Casis Apostolis, ibant ipsi gaudentes a conspectu Concilii, non tristes, & lugentes, sed gaudentes, quia summum, ac perfectum gaudium erat illis pro Christo pati; unde ait Apostolus Jacobus cap. 1. num. 2. Omne gaudium existimate frates mei, cum in tentationes varias incideritis. Illud Omne gaudium juxta radicem graecam totum perfectum, plenum, ac consummatum gaudium, & ubi est tantum gaudium cum inciditis in tentationes varias laborum, ac persecutionum, praclare ait D. Nazianzenus orat. 2. de pace, ubi sic habet: Non detrimentum ducentes pati, sed non pati, quod periculorum, quae pro Christo subeuntur, gustum cepimus. Ceperunt gustum in flagellis, arumnis, ac periculis pro Christo, & ideo nihil dulcius, aut suavius erat, & hac de causa dicebat nostra S. Theresia: Domine, aut par, aut mori.

188. Regius Vates Psalmi, 30. num. 20. Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti in laboribus tuis, Et quoniam est haec magna multitudo, seu ampla, & excelsa, quae ab hominum mente, & oculis est remota, & solum timentibus Deum manifesta, & cognita; nempe multitudo laborum, ac pressurarum, quae etiam mundanorum oculis sit aspera, & acerba, tamen timentibus Deum illam gustantibus dulcissima, & omni suavitate plena: ad hoc respicit Angelus in Apocalypsi, cap. 2. num. 17. cum ait: Vnicuique dabo Manna absconditum; per manna, ut ibi dicitur, intelligitur omnis copia suavitatis, ac dulcedinis, quae solum sapit, atque agnoscit, qui pressuras pro Deo vincit, & superat. D. Bernard. ferm. de S. Andrea ait: Nisi a culpa est, quod non sapit nobis, quae pro Christo est tribulatio, ne gustamus & nos Manna absconditum. Valde jucunda, & delitiosa est tribulatio pro Christo, non tamen omnibus, sed tantum Deum timentibus; de hac dulcedine non gustat mundanus, sed solum justus, & si nobis non sapit ex eo est, quia non pro Christo, sed pro mundo patitur, & toleratur, si pro Christo diceremus cum Psalmista Psalmi, 93. num. 19. secundum multitudinem dolorum meorum, consolaciones tuae lassaverunt animam meam. Et Apostolus. 2. Corinth. 7. num. 4. Repletus sum consolacione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Non gaudium, sed superabundans gaudium illi erat in omni tribulatione pro Christo.

189. Ideo Apostolus scribens ad Philippenf. cap. 1. num. 7. ait: sicut est mihi justum sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in definitione, & confirmatione Evangelij, socius gaudij mei omnes vos esse. Ait Paulus, quod Philippenfes ei sunt in corde, & vinculis, quia sunt socii gaudij eius; quodnam erat istud Pauli gaudium? D. Chrysostomus Theophylactus, Euthymius, & communiter Recentiores existimant vocari à Paulo suum gaudium, seu gratiam vincula, & tribulationes, quas pro Christo, ac praedicatione Evangelij patiebatur, cujus causa Philippenfes sui socios, ac consortes vocat Theophylactus ait: Vos cordi habeo, quia socij mihi, & participes estis hujusmodi gratia, seu gaudij, hoc est pressurarum, & compendium effecti: Curandum itaque diligenti, ne a vobis vos desincatis, & in malis bisce, & vinculis constituamini. Paulus sua vincula, gaudium suum dicit, & Christus explicans suam Coelestem

190. Beatitudinem, gaudium appellat: Serve bene intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. num. 21. eadem phrasi appellat Christum suam Beatitudinem gaudium, ac Paulus suos labores, & persecutiones, quia tam dulce, ac suave est pati pro Christo, ut sit quaedam praebatio supremæ felicitatis, ac aeternæ jucunditatis Coelestis Beatitudinis.

191. Ait Jacobus Pharaoni: Dies peregrinationis meae centum & triginta. Genes. 47. num. 9. De tempore praedicationis contra Antichristum dicitur, quod Elias, & Henoch praedicabunt diebus mille sexaginta sex Apocal. pl. 11. num. 3. Pro quo merito notat Eustathius in exordio sui commentarij in Hexamer. Quare dum tempora committimus, dies autem, non noctes annumeramus: Tempore annorum non solum computantur dies, sed etiam noctes, quae aequali parte tempus absumunt, cur ergo in justis solum numerantur dies, qui semper fuerunt multis laboribus pleni, & arumnis, & sub Antichristo, quales nunquam fuerunt ab initio, cum haec omnia sustineant pro Deo, ipsa obscura, & tenebrosa nox, ut clara, & jucunda dies videbatur, ipsum gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psalmi, 138. num. 12. Quia tenebra non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus.

192. Puniens Deus mulierem ob gustatum pomum vitium ait Genes. 3. num. 16. Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, Graeca exemplaria habent: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum, in tristitia generabis filios. Adamus, quia audivit vocem mulieris in multis castigatur, dicitur maledicta terra in opere suo, & quod terra pro bono semine dabit tribulos, & spinas, & quod in labore, ac sudore comedet panem, & tandem mortis poenam, quod in pulverem revertatur, ac mulier peccati auctrix dolore solo, ac tristitia puniatur, quia haec poena omnium acerbissima, ac durissima putatur, & omnibus collectivè aequivalens, imo & superior. D. Chrysof. epist. 8. ad Olympiam ait: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum: In tristitia generabis filios, nusquam dolor nunquam labor, & sudor, sed maror, & gemitus, & illa, quae ex his vindicta descendit doloribus, & infinitis moribus est casualis, imo etiam multo deterior. Expènde ultima verba.

193. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

194. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

190. Genes. 47. num. 9. De tempore praedicationis contra Antichristum dicitur, quod Elias, & Henoch praedicabunt diebus mille sexaginta sex Apocal. pl. 11. num. 3. Pro quo merito notat Eustathius in exordio sui commentarij in Hexamer. Quare dum tempora committimus, dies autem, non noctes annumeramus: Tempore annorum non solum computantur dies, sed etiam noctes, quae aequali parte tempus absumunt, cur ergo in justis solum numerantur dies, qui semper fuerunt multis laboribus pleni, & arumnis, & sub Antichristo, quales nunquam fuerunt ab initio, cum haec omnia sustineant pro Deo, ipsa obscura, & tenebrosa nox, ut clara, & jucunda dies videbatur, ipsum gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psalmi, 138. num. 12. Quia tenebra non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus.

191. Ait Jacobus Pharaoni: Dies peregrinationis meae centum & triginta. Genes. 47. num. 9. De tempore praedicationis contra Antichristum dicitur, quod Elias, & Henoch praedicabunt diebus mille sexaginta sex Apocal. pl. 11. num. 3. Pro quo merito notat Eustathius in exordio sui commentarij in Hexamer. Quare dum tempora committimus, dies autem, non noctes annumeramus: Tempore annorum non solum computantur dies, sed etiam noctes, quae aequali parte tempus absumunt, cur ergo in justis solum numerantur dies, qui semper fuerunt multis laboribus pleni, & arumnis, & sub Antichristo, quales nunquam fuerunt ab initio, cum haec omnia sustineant pro Deo, ipsa obscura, & tenebrosa nox, ut clara, & jucunda dies videbatur, ipsum gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psalmi, 138. num. 12. Quia tenebra non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus.

192. Puniens Deus mulierem ob gustatum pomum vitium ait Genes. 3. num. 16. Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, Graeca exemplaria habent: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum, in tristitia generabis filios. Adamus, quia audivit vocem mulieris in multis castigatur, dicitur maledicta terra in opere suo, & quod terra pro bono semine dabit tribulos, & spinas, & quod in labore, ac sudore comedet panem, & tandem mortis poenam, quod in pulverem revertatur, ac mulier peccati auctrix dolore solo, ac tristitia puniatur, quia haec poena omnium acerbissima, ac durissima putatur, & omnibus collectivè aequivalens, imo & superior. D. Chrysof. epist. 8. ad Olympiam ait: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum: In tristitia generabis filios, nusquam dolor nunquam labor, & sudor, sed maror, & gemitus, & illa, quae ex his vindicta descendit doloribus, & infinitis moribus est casualis, imo etiam multo deterior. Expènde ultima verba.

193. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

194. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

195. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

196. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

197. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

198. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

199. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

200. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.

201. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati. Gaudium patienter pati.



193. Ait Deus populo suo per Ezechiel. 23. n. 33. Ebricitate, & dolore repleberis, calice mavoris, & tristitia. Septuaginta, Calice mavoris & perditionis. Hebraeus: Calice solitudinis, & vastationis. Ex quo considera quod eodem vocabulo intelligitur tristitia, quo & vastatio, ac perditio; ubi enim tristitia hominis animum occupat. statim omnium illius fit perditio, ac devastatio: proxime citatus D. Chrysostr. sic ait: Tristitia animam crudele tormentum est; dolor quidem inexplicabilis, iudicium omni iudicio, vindictaque deterius; Nam & vermi est similis veneno, non solum modo carnem, sed & animam ipsam perimens, & tinea non solum ad ossa, sed & corda vertigens, & perpetuus qui iam carnifex. Unde pessimus ille Antiochus morti proximus dicebat de se: En pereo, tristitia magna in terra aliena, 1. Machab. 6. n. 13.

QUESTIO XXV.

Quare Apostoli pati, & flagellari pro Christo habent pro magna dignitate?

194. Ait Textus: Flagellati Apostoli ibant gaudentes a conspectu Consilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Christus D. suos duodecim discipulos elegit in Apostolos supremam Ecclesiae dignitatem, Luc. 6. n. 14. Eis sic electis dedit potestatem curandi infirmos, eiciendi daemones, &c. Marc. 3. n. 15. Et tunc non dicitur, quod gaudent, quia digni habiti sunt tanta dignitate, tantaque potestate, sed modo quia digni habiti sunt pro Jesu contumeliam pati, ac si ipsum pati contumeliam pro Jesu ipsis in maiore honore, ac excellentia sit, quam quaecumque alia etiam suprema dignitas, ac potestas; ad hoc spectat id quod ait D. Methodius apud Theodoret. Dialog. 1. dum ait: Adeo enim admirabile, & omni studio expetendum est martyrium, quod ipse Dominus Jesus filius Dei, se eo honorari testatus sit. Non rapinam arbitratus est, se esse aequalem Deo, ut etiam hoc dono; hominem, ad quem descendit, coronaret. Tam excellens, & magnum donum est ipsum pro Deo pati, martyriumque sustinere, ut Jesus filius Dei veniens in mundum, non alio voluit coronari, nisi sua passione, sic ait Apostolus Hebraeor. 2. n. 9. Vidimus Jesum propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum. Suosque non alia dignitate, ac honore voluit coronari, nisi passionis, ut etiam hoc dono hominem, ad quem descendit, coronaret.

195. Ait Paulus ad Philippenf. 1. n. 19. Quia nobis donatum est pro Christo, non solum, ut in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini. Pro magno, & ingenti dono hoc vobis datum est D. Anselm. ibi sic ait: Vobis donatum est quasi praemium pro Christo, quem diligitis, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini ad cumulum gloriae. Expende illa verba quasi praemium, ac si ipsum pati pro Deo sit praemium tam magnifici operis. Ista consideratione pondera verba Apostoli: Vobis donatum est, ut in illo credatis, & pro illo patiamini. Supremum donum, quod Deus homini communicat in hac vita est lumen fidei, & tanto dono cohaerens, ut pro illo patiamini.

196. Dicunt Sodales, vel etiam Angelis, ut vult Alanus, & Chaldaicus; Soror nostra parva, & ubera non habet, quid faciemus sorori nostrae in die, quando alloquenda est. Cantic. 8. n. 8. Communiter Patres, ut Aponius Philo, Carpat. Honoratus, Hortolanus referunt haec verba ad Ecclesiam, quando tempore tyrannorum Neronis, Diocletiani, ac etiam Antichristi Ecclesia in suis filiis ad tribanalia illorum

adducta loquenda sustinens, & patiens tot, & tantas persecutiones, ac adversitates, quales nunquam fuerunt, nec erunt ab initio, pro quo stat lectio R. Salomonis, quae ita habet: In die, quo gentes confisia agitantur de ea delenda. Hoc posito in quaestionem voco cur sancti Angeli inter se quaerunt, & discutunt: Quid faciemus sorori nostrae, in quo nempe loco, dignitate, ac honore, eam constituamus in die quando alloquenda est cum crudelissimus tyrannis, eorum crudelissimas adversitates, ac persecutiones sustinens, cur hoc non discutunt, & quaerunt, quando audiunt eam, ut electam Sponsam, ad magnificam, & excellentem totius gloriae coronam: Veni sponsa mea coronaberis, Cantic. 4. n. 8. Sed modo inter tantas contradictiones cum consilia agebant de illa delenda, ac sic majorem dignitatem in ea recognoscant eum patitur inter tribulantes adversarios suis flagellis, ac verberibus; quam cum inter triumphantes Angelorum choros, ut electa Sponsa glorifica coronam sublimatur, indeque pro tanta dignitate, inter adversariorum persecutiones decantantur ei gratulationes: Carpatius ait: Quid faciemus, sunt voces Patriarcharum; Apostolorum, Prophetarum, ac Doctorum ipsi gratulamini.

Tres illi sancti pueri Ananias, Misael, & Azarias sanctissime vivunt cum omni puritate, castitate, jejuniis, orationibus, tamen cum mittuntur in fornacem-Babylonicam, exclamans Rex ait: Ecce video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quasi similes filio Dei, Daniel. 3. n. 92. Ecce quanta est dignitas tribulationum, ac arummarum; non enim habent secum Deum, ut focium, ac collegam, veluti parem omni cum virtute fulgent, sed cum flammis ignis sustinent. D. Chrysostr. tom. 1. serm. de tribus pueris, ait: O quibus te incorrupta fides triumphis extendis; adest tibi unica majestas, ut innocentia liberaretur. Patitur se Deus cum pueris in supplicio numerari: Video tres viros. Expende illud numerari, ac si dicatur Deum cum illis tribus numerum facere, ac quaternarium complere.

CAPUT VI.

- 1. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Graecorum adversus Hebraeos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum.
2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.
3. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, pleno Spiritu sancto, & sapientia; quos constituamus super hoc opus.
4. Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus.
5. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.
6. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.
7. Et Verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.
8. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo.
9. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quae appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandri;

- Alexandrinorum, & eorum, qui erant a Cilicia & Asia disputantes cum Stephano.
10. Et non poterant resistere Sapientiae, & Spiritui, qui loquebatur.
11. Tunc summisserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiae in Moysen, & in Deum.
12. Commoverunt itaque plebem, & Seniores, & Scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium.

- 13. Et statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homine non cessat loqui verba adversus locum sanctum, & legem.
14. Audivimus enim eum dicentem, Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabis traditiones, quas tradidit nobis Moyses.
15. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in Concilio viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli.

ARGUMENTUM.

RESCENTE numero credentium exortum est murmur Graecorum contra Hebraeos eo quod eorum viduae essent despectui in quotidiana distributione, & ideo Apostoli eligunt septem Diaconos, inter quos insigniter eminent Stephanus, qui raptus ad Concilium, resplenduit facies ejus, ut Angeli.

Act. 6. n. 1. In diebus illis crescente numero discipulorum factum est murmur Graecorum adversus Hebraeos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum.
Num. 2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: non est aequum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

EXPOSITIO I.

1. Vers. 1. IN diebus illis, Aethiopic. In die illo, ut notat D. Chrysostr. in quibus Apostoli fuerunt incarcerati, flagellati, qui fuerunt paulo post ejus Ascensionem, anno Christi 34, ut advertit Lucius Dexter in Chronico, & cum Eusebio Baronius, quod tali anno fuerunt Diaconi creati.
2. Crescente numero discipulorum. Oecumen. Aethiopic. Cum multiplicarentur discipuli: Tunc in primitiva Ecclesia fideles non vocabantur Christiani, sed discipuli, ut notat D. Athanasius disput. contra Atrium. Crescente numero. Ipsa persecutio, sanguine Martyrum effusus erat tamquam semen, ut grex Christianus amplissimus, ac copiosissimus nos fructus germinaret. Tertullian. in Apolog. cap. ultimo ait ad Gentiles: Nec tamen nihil proficit, exequatur credulitas vestra, illecebra est magis seita, plures effimur, quoties metimur a vobis, semen est sanguinis Christianorum. D. Hilar. lib. 7. de Trinit. inquit. Ecclesia vromptum est, ut tunc vincat cum laeditur. Et D. Hieron. in vita S. Malchi cap. 62. Persecutionibus crevit Ecclesia Martyrii corona a. In Sanctis enim Martyribus tanta innocentia, fortitudo, charitas, ac pietas cum contemptu omnium terrenorum, evidens demonstratio erat, quod ibi aliquid divinum lateret.
3. Factum est murmur Graecorum. Aethiopic. Murmurati sunt Judaei, Vatabl. Murmur Graecorum. Omnes isti tam Graeci, quam Hebraei erant Judaei, qui vel in Graecia fuerant nati, vel in ea fuerant diu versati, Graecaque utebantur lingua, Graecisque moribus, & ad hos Apostoli Petrus, & Jacobus scribunt suas epistolas. Hebraei dicuntur nati in Judaea Hebraica lingua, ac moribus utentes. Ita Lyran. Hugo, Lorinus, & alii.
4. Eo quod despicerentur in ministerio. Syriacus: Eo quod despectui haberentur. Aethiopic. Quia videbant viduas eorum quotidie occupatas. Tota murmurationis occasio erat propter viduas Graecarum vel

non bene fiebat cum illis in distributione rerum vel quia in vilioribus officiis occupabantur, de quo dicam quaest. 2.

1. Vers. 2. Convocantes autem duodecim. Syriacus: Congregationem universam vocaverunt. Duodecim Apostoli utpote enutriti doctrina Regis pacifici Christi D. de pace. ac quiete agunt, quam debent maxime procurare omnes, qui Congregationibus praesunt. Dixerunt: non est aequum. Syriacus: Non est pulchrum. Graecus: Non est conveniens. Tigotina: Non est commendabile. Pagnin. Non est placitum Deo, Text. Nos derelinquere verbum Dei, ut omitteremus pascere animas vestras spirituali cibo verbi Divini, & attendamus temporali alimento mensis; semper enim spiritualia sunt temporalibus anteponenda ut ait Lyranus.
2. Ex quo patet, quod tota querela Graecorum pro viduis erat, circa administrationem temporalium. Ministrare mensis, pro quo nota: Mensa haec, vel erant sacrae, vel profanae, & communes. Primo in illa primitiva Ecclesia solebant fideles celebrare mensam sacrae Eucharistiae. Deinde Agapae, quod dixit, & significat mensam communem omnium fidelium, quod fiebat in signum Charitatis, & benevolentiae, & in utroque ministerio deputati Ministri erant Diaconi, & inde a verbo Graeco nomen habent, quod significat Ministrum.

QUESTIO I.

Quare crescente numero discipulorum exortum est murmur, & querela?

Quandiu discipuli erant in parvo numero, erat in eis cor unum & anima una, ut dicitur cap. 3. & 4. ad finem, cum vero crevit numerus, & facta est multitudo magna, pax, quae in paucis retinebatur, in multis dissipata est. Iai. 9. n. 3. Multiplicati gentem, non auxisti laetiam. Sanchez ex Hebraeo: Non auxisti laetiam.
8. Judaei in Graecia nati cum suspicarentur, quod suis viduis non aequaliter provideretur, cum illis, quae Judaeorum erant, qui in Judaea fuerant nati murmurabant; Sacri Apostoli summa aequitate ac providentia, omnia distribuiebant; tamen ipsi, qui daemones depellebant, moribus vincebant, cum mortis vitam darent, & gratitudines sanarent, verbo cuncta reformarent, non quiverunt in alimentorum, ac donorum distributione murmur, atque querelam evirare facile, qui cum ex qualibet circumstantia se existimat despectum